Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1843
Copyright: Wien, Schottenstift (Benediktiner)



65

Recte ne autem hanc tertiam partem ad exquirendum officium
adiunxerit an stoicis de eo disputari potest. Nam sunc ho-
nestum solum bonum est ut stoicis placet sunc quod honestum est
id ita summum bonum est quemadmodum peripatetici mihi vi-
detur ut omnia ex altera parte collocata vix minimi mo-
menti instar habeat dubitandum non est quin nullum possit
utilitas ad honestate contendere. Itaque accepimus socrate
expetrari eos solitum qui primum hec natura coherentia o
primone distraxissent. Cui quidem ita sint stoici assensi
ut quicquid honestum essit id utile esse censerent. Nec utile
quicquam quod non honestum. Qui si is essit planetus qui vir-
tute preterea valenda diceret quod ea efficiens utilitatis essit
ut his qui res expetendas vel voluptate vel indolentia
metiuntur liceret ei dicere utilitate aliquid cum honestate pug-
nare. Quoniam sit is qui id solum bonum iudicet quod hones-
tum sit que autem huic repugnent spreae quasdam utili-
tatis eorum neque accessione meliorem vita fieri nec decessio-
ne peiorem non videtur debuisse eiusmodi deliberati-
onem introducere. In qua quod utile videtur id eo quod
honestum est comparetur. Etenim quod summum bonum a stoicis
dicitur convenient nature vivere id habet haud ut opi-
nor sententiam cum virtute congruere semper. Cetera autem
que preter naturam sunt ita legere si ea virtute non re-
pugnaret. Quod cum ita sint putant quidam hic omni ra-
tione non recte introducta. Nec omnino de eo quicquam quod
quin prepiendum fuisse. Atque illud quidem honestum quod
proprie vereque dicatur. Id in sapientibus est solis neque a vir-
tute divelli unquam potest. In his autem in quibus sapientia
perfecta non est verum quidem illud perfectum honestum ullomo
similitudines honesti esse possunt. Hec enim officia de